Ego Radulfus dominus Cociaci Notum facio tam presentibus quam futuris.
me promisisse et concessisse domino hugoni abbati premonstrati et fratribus quod
de sororibus quas de loco qui Roisieres dicitur transmigrare fecerunt
causa ut asserunt honestatis et pacis. non inquietabo uoluntatem
eorum. nec ego nec heredes mei. nec ipsas nec alias illuc reduci faciemus
ad inhabitandum. sed stabimus inde consilio et uoluntati prefati abbatis
et aliorum abbatum. qui comuni deliberatione statuerunt ut inde transmigra
rent. Et ut inde certiores reddantur. sigilli mei appositione presens scriptum
confirmari feci. Testes inde sunt. Petrus capellanus. Symon de Ameingni.
Petrus Camerarius. Wido de sancto Paulo. Actum Anno incarnati

VERBI. M°. C°. LXX°. VIII.

